

eiusdem terre notarius et testes subscripti licterati *etc.* testamur quod predicto die ad requisitionem et preces nobis factas pro parte Nobilis viri domini Gualterii de Melficta militis concivis nostri contulimus nos ad domum ipsius in qua invenimus ipsum infirmum et iacentem in lecto recte tamen memoriter loqui valentem volens idem dominus Gualterius condere Testamentum seu voluntatem extremam Rerum suarum presens sibi condidit testamentum cassans et irritans omne aliud testamentum seu codicillos *etc.* In quo quidem testamento in primis instituit. sibi heredem in omnibus bonis suis Mobilibus et stabilibus preterquam in debitis et legatis subscriptis. Nicolaum f. qd. Benuci nepotem suum et inter cetera dicti testamenti legavit Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de Barolo domum unam suam sitam in pictagio Sancti Stephani Civitatis Baroli inter hos fines iuxta domum Nicolai de elefante iuxta domum Cite Sibile et si qui alii sunt confines, pro remedio anime sue et quondam Chure Marie f. qd. Alexandri de Comestabulo. Item statuit ordinavit executricem distributricem et epitropam presentis sui testamenti dominam Margaritam uxorem suam presentem et volentem, cui dedit potestatem capiendo vendendi bona *etc.* In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi ego predictus Robertus puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Francus de Marra q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Ego frater Nicolaus de carovineis testis sum.

† Ego frater ventitra de florezia (*sic*) testis sum.

† Nicolaus de Argentera testatur.

† Iohannocetus lusolus tisstatur (*sic*).

† Ego donnus (*sic*) vartolomeus testif (*sic*) sum.

N. 70.

A. D. 1318

(7 ottobre; Indiz. I)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Robertus de Peregrino not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio quasi quadrato: alt. m. 0,24; larg. m. 0,28. Corrosa nel lato destro.
<i>Scrittura</i>	Gotica elegante.
<i>Contenuto</i>	<i>Francus de Marra</i> esegue il legato del nipote <i>Galganus</i> con cui assegna <i>pro anima</i> alla Chiesa e Capitolo di <i>S. Maria de Episcopio</i> , tre once d'oro, per compra di una casa, <i>in pictagio sancte Marie de Episcopio</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri iehsu christi, Millesimo Trecentesimo Octavo decimo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Nono. Mense Octubris die septimo eiusdem Prime Indictionis, apud Barolum. Nos Iohannes de Leone regalis Baroli Iudex Robertus de Peregrino puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti *etc.* testamur quod prescripto die constitutis, Iudice franco de Marra concive nostro, et dompno Iacobo Sacerdote Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de Barolo procuratore vicarii et Capituli ipsius ecclesie nobis asseruit Idem Iudex francus coram nobis presente dicto